et eius posteros in praemissis nullo modo iniuriari Ita ut eadē bona p[raese]n[tia] obligata
idē obligatarius suis cum posteris usque ad exemptionem eorundē bonorum summaeque p[rae]fatae
realem persolutionē quiete et pacifice p[raese]n[tis] Inscriptionē obligatoriae vigore tenere
habere et possidere queat Idque sub vadio similis summae Quinquaginta florenorum polon[icalium]
per eundē Recognitem aut eius Successores p[rae]fato obligatario suo eiusque posteris ob non
Completionē praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendum Pro quo quidē vadio modo praemisso ad solvendum succubitum ac ne
aliqua praemissorum non Completa completum Littisque ex iure uraty Recognens Nobilis
Zelecki aut eius posteri Ad instantiam praenominati Nobilis Rutatycki obligatarii sui sive
eius posterorum ad officium p[raese]ns Castrensem Capitaneale Braclaviensem extunc necessario s[upra]dicti
pro quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Litteris terminorum tanquam pe
remptorio stare Comparere respondere vadium p[rae]fatum iuxta Inscriptionem p[raese]ntem satis
facere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem
omnia obligat eundē Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
Causam eiusdē terminos semper peremptorios tera in firmitate pro maiori minorennitate
Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad mensurandum ad Limites
vel alijs quibusvis dilationibus et legalitatibus impedimentis non differendum ad quietationem
ultra proximos Terminos officii p[rae]fati Castrensis Braclaviensis dilationem sibi non recipiendum nul
lasque protestationes appellationes ac earum prosecutionem faciendum ac praemissa omnia primo du
plicatis vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris Inscriptione Terrestri
bello Commotione alijsque cunctis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendum Hac In
scriptione desuper mediante.

Zacka Hanskiego Zeznat

X Comparens personaliter coram officio et Actis p[raese]ntibus Castrensibus Capitanealibus Braclaviensibus Generosa Helizabetha
Zacka olim Generosi Vincentij Zacki filia Generosi vero Alberti Hanski Consors Una cum eiusdē
Mariti sui Tutoris Coniugalis atque Generosorum Joannis Copiel atque Christophori Kubessa
eiusdē Recognitricis Amicorum et ad hunc actum infrascriptum recognitorum circa se personaliter
coram

officio praesentialiter comparens assistens et ultroneo ad infrascripta recognoscendum consensu sana mente et corpore existens a terrestris dictisque suis jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Crasnostaviensi jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis singulis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa praedictum Generosum Albertum Hanski suum Recognoscentis maritum eiusque posteros de summa Octingentorum florenorum polonicalium sibi Recognoscenti per praedictum maritum suum coram Actis Castrensibus Lublinensibus modo simplicis debiti ad solvendum inscripta et recognita. Quam de ipsa Inscriptione debitoria Castrensi Lublinensi in se latius de quibus extante Quietat evinctit liberumque et absolutum pronunciat perpetuo Inscriptionem praefatam cum omnibus eius conditionibus punctis clausulis vadiis ligaminibus ac nexibus in toto et totaliter Cassat mortificat et annihilat Sibi suisque posteris ob plenariam pro praemissis praestitam satisfactionem perpetuum imponendo silentium. Hac sua praesenti Recognitione eum quietando mediante.

Hanski Consorti reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Crasnostaviensibus Generosus Albertus Hanski sanus mente et corpore existens a terrestris dictisque suis jurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Crasnostaviensi jurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis singulis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosam Helizabetham Zarka olim Generosi Vincentij Zarki filiam, Consortem vero suam legitimam eiusque posteris summam Octingentorum florenorum polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post eam accepti et in domum suam importatae. Item non aliam similem summam Octingentorum florenorum polonicalium ratione veri iusti liquidique dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum nunc habitarum et in posterum habendorum dedit dotavit dotalitavit inscripsit et reformavit prout praesentibus dat dotat dotalitat inscribit et reformat Quam quidem medietatem bonorum suorum singulis omnem eadem Helizabetha Zarka Consors sua legitima cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis utilitatibus fructibus proventibus emolumentis attinentiisque et pertinentiis singulis universis tenebit habebit et possidebit eisque quiete et pacifice utifruetur vigore ac more aliarum Reformationum hactenus